Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/292736

15

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JACOBUS DE HAAS.

Roterodamensis.

A. D. II M. JULII, ANNI MDCCCLIX, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. VAN TERVEEN ET FIL.

MDCCCLIX.

Ex officina Typographia GIEBEN & DUMONT.

THESES.

I.

Qui in rei vindicatione victor existit, pro judicato usucapere nequit, nisi reus post litem contestatam usuceperat.

II.

Non facio cum Cl. LÖHRIO (Archiv. für civ. Prax. V. 208), missionem in bona legatorum servandorum causa sublatam esse.

III.

Substitutio pupillaris initio erat quaedam substitutio vulgaris.

IV.

Furiosus qui damnum dedit, minime re obligatur.

V.

Non facio cum DIEPHUIS (VI. 982) statuente, eum, qui neglecta compensatione solvit, *condictione indebiti* agere posse.

VI.

Heredes fideiussoris pro obligatione futura, quae post eius mortem demum contracta est, non tenentur.

VII.

Socius usuras impensarum a societate petere potest a die collationis.

VIII.

Maritus damni resarcitionem petere nequit ab uxore, quae eius domicilium aufugit, et eleganter hac de re dicit PUCHTA (Vorles. II. 276): „Ein Mann, der eine Klage darauf anstellte, würde eine Lächerlichkeit begehen, und ebenso das Gericht, welches sie annähme."

IX.

Non facio cum sententia Curiae Holl. Sept. 18 Dec. 1856 (W. v. h. R. 1928) debitorem interpellari epistola.

X.

Filio naturali a matre vel ab utroque parente agnito tutor testamento dari potest.

XI.

Probatio adulterii non continetur, si maritus probaverat in casu Art. 307 C. C. filium suum non esse.

XII.

Art. 29 C. M., § *In geval* solis sociis nocet, non extraneis.

XIII.

Concordatus ab heredibus offerri nequit, decoctionis declaratione post mortem rogata.

XIV.

Magister navis non tenetur propter damnum, ductoris culpa alteri navi datum, cum eius ministerio uti debebat.

XV.

Poena ex Art. 398 C. M. actione privata ab exercitoribus persequenda est.

XVI.

Nauta qui, itinere non peracto, magistrum navis convenire velit, actionem eo nomine instituere non prohibetur.

XVII.

Poena infamiae in certamen singulare sancienda non est.

XVIII.

Eleganter dicit Cl. OPZOOMER, in Thesi XXXIII: „Mortis poenam immerito alii rejiciendam censuerunt ideo, quod nemo se hac poena affici voluerit; nec enim punitur maleficus, quia puniri voluit, sed quia maleficus est; alii ideo, quod *qualis* sit ratio inter hanc vitam eamque, quae praecedit et sequitur, nos lateat. Unica juris ratio, propter quam rejici mereatur, haec est, quod non sit necessaria."

XIX.

Male BENTHAM (Traité de législation civile et pénale, t. 1. ch. X): „toute loi est un mal, car toute loi est une infraction de la liberté."

XX.

Ordinum Generalium concilium inferius (tweede

191632

Kamer der Staten-Generaal) priusquam convenit, dissolvi a rege nequit.

XXI.

„In de Huishouding van Staat doen streng afgetrokkene denkbeelden ongemeen veel nadeel in de praktijk. Zij bestaan in ons begrip veel meer dan in het wezen der zake. Wij hebben die wel noodig om te redeneren, om beginselen vast te stellen, en gevolgen te trekken; maar in de praktijk ontmoeten wij de dingen zelve, die niet met onze denkbeelden willen veranderen, en de onvolmaaktheid dier denkbeelden blijkt wel uit de vele hinderpalen, die ons in den weg komen. De verstandige erkent dan de noodzakelijkheid der uitzonderingen en der wijzigingen, en onderwerpt er zich gewillig aan.” (VAN HOOGENDORP, Bijdr. t. d. Huishoud. v. Staat, IV. bl. 227).